



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VI. An, & quâ ratione possit Episcopus Clericos sibi subjectos compellere  
ad suscipiendos ordines beneficiis suis annexos vel non annexos?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

124 Tit. XIV. De aetate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

ritur, ut saltem sint in minoribus constitutic. pro Clericis 8. de prab. in 6. qui intra annum à die, quo pacificam sui beneficii possessionem consecuti sunt, vel quo per iplos sterit, quod minus consequentur, computandum, possint in Presbyteros ordinari c. licet 14. de elect. in 6. Quarto in Canonice simplicibus tam Collegiarum quam Cathedralium Ecclesiarum, quamvis vocem in Capitulo habere non possint, nisi sint Subdiaconi, Clement. 2. b. t. ut promoveantur tamen ad hæc beneficia, ita ut stallum etiam in choro habeant, & alia possint, que fiunt ex ea Capitulo, in nostra Germania, sufficit, eos tantum primam consularam habere, non obstante Trident. sess. 24. c. de refor. quod in his partibus, quoad ibi statuta, circa Canonicatus tales non videtur receptum; vel certè dici debet, quod cum his quoad ordines suscipiendos dispensari possit ab Episcopo, & Capitulo; sicuti ab ipso Trident. sess. 7. c. 12. de refor. conceditur Episcopis potestas circa ordinem Presbyteratus suscipiendum, dispensandi in beneficiis curatis, studiorum causâ. Quinto denique circa promovendos ad alia simplicia inferiora beneficia, quosquam ordines habere debeant, nihil quidem de jure communi statutur, sepe tamen ex fundatione, statuto particulari, aut conueniudine, de certo quodam ordine sacro requisito desumitur aliquid.

§. VI.

An, & quâ ratione possit Episcopus Clericos sibi subiectos compellere ad suscipiendos ordines beneficiis suis annexos, vel non annexos?

E os, qui beneficia obtinent (de quibus solis hæc sermo est) ad ordines beneficiis suis annexos suscipiendos, compelli possunt ab Episcopo, tradit glossa, communiter recepta, in c. licet 14. V. privatus de elect. in 6. ita ut ipso jure privatus sit suo beneficio, sine monitione alia intercedente, qui intra tempus à iure concessum non promotus fuerit, ad ordinem requisitum, si nullum impedimentum, quod sine propriâ culpâ contraxit, aut rationabilis causa obster, juxta citatum c. licet. Quin etiam, quamvis nullus certus ordo beneficio annexus sit, quo in casu (ceteris paribus) compelli non possunt ad ordines facios suscipiendos beneficiati, si tamen utilitas magna aut necessitas Ecclesiæ urgeat, ob magnam. v. g. ministrorum penuriam, compelli poterunt ab Episcopo ad ordines suscipiendos, uti habeatur in c. quarris 2. b. t. ita ut super occulto crimine aut irregularitate (exceptâ homicidii irregularitate) actâ pœnitentiâ, & impenitentia ab Episcopo dispensatione sub persona privationis beneficij ordinari debent.

§. VII.

De duobus impedimentis dubiis, uno recipiendi facios ordines, altero obtinendi Prælaturam.

Vide de his, quæ non repletum ad hunc titulum faciunt, c. ad aures 7. & c. intellectimus 12. b. t.

TITU.